Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



or. Et erit in die illa sibilabit dominus musce que est in extremo fluminum egypti. et api que est in terra assiriorum. et venient. et requiescent omnes in torrentibus vallium. et cauernis petrarum. et in omnibus frutetis. et in omnibus foraminibus. In illo die illa radet dominus in nouacula ad uitta in his qui trans flumen sunt in rege assyriorum capud. et pilos pedum. et barbam uuuisa. Et erit in die illa nutriet uir uaccam bouum. et duas oues. et prebitate lactis comedet butyrum. Butyrum enim et mel comedet omnis qui relictus fuerit in medio terre. Et erit in die illa omnis locus in quo fuerunt mille uites. mille argenteis. erit in spinas et in uepres erunt. cum sagittis et arcu ingredientur illuc. Quia uepres enim et spine erunt in uniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarientur non uenet illuc timor spinarum. et uepium. et erit in pascua uituli. et in conculcationem pecoris.

Et dixit dominus ad me. Sume tibi librum grandem. et scribe in eo stilo hominis. festina spolia detrahe. festina prede. Et adiunxit michi testes fideles. uriam sacerdotem. et zachariam filium barachie. Et accessi ad prophetissam. et concepit et peperit filium. Et dixit dominus ad me. Voca nomen eius accelera spolia detrahe festina prede. quia ante quam sciat puer uocare patrem suum. et matrem suam. auferet fortitudo damasci. et spolia samarie coram rege assyriorum. Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens. Pro eo quod abiecerit populus iste aquas siloe que uadunt cum silentio. et assumpsit magis rasyn. et filium romelie. Propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes multas. regem assyriorum et omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius. et fluet super uniuersas ripas eius. et ibit per uadum inundans. et transiens usque ad collum ueniet. Et erit extensio alarum eius. implens latitudinem terre tue o emanuel. Consilium. populi et uniuersum. et audite uniuersi. Confortamini. et uincemini. accingite uos et uincemini. Inite consilium et dissipabitur. loquimini uerbum et non fiet. quia nobiscum deus. Hec enim ait dominus ad me. Sicut in forti manu erudiuit me. ne uerem in uia populi huius dicens. Non dicatis coniuratio omnia eum quem loquitur populus iste coniuratio est. et timorem eius ne timueritis. neque pauetis. Dominum exercituum ipsum sanctificate. ipse pauor iste. et ipse timor iste. et erit uobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis. et in petram scandali duabus domibus israel. in laqueum et in ruinam habitanti in iherusalem. et offendent ex eis plurimi. et cadent et confringentur. et irrecentur. et capientur. Liga testimonium. signa legem in discipulis meis. Et expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo iacob. et prestolabor eum. Ecce ego et pueri mei quos dedit michi dominus in signum et in portentum israel. a domino exercituum qui habitat in monte sion. Et cum dixerint ad uos querite a phitonibus et a diuinis. qui stridunt in incantationibus suis. Numquid non populus a deo suo requirit responsionem. pro uiuis ac mortuis. ad legem magis et ad testimonium. Nonne si non dixerint

al. conuertet.

et

ripas